NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, 1450 Seite 168r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek





cū suis ꝯiugibus scꝫ adam
et eua Abraham et Sara
ysaac et rebecca Jacob et
lya sic dictū fuit Genes
xxiiii et ideo absolon finge
bat se illuc ire ex deuo
cione Sed principaliter inten
debat ibi contra patrem ꝯspi
rare quia locꝰ ille distat
a ierlm per xvj miliaria
sm Jeronimū libro de
distanciis locorū et ideo
melius ibi poterat fautores
sue conspiracōnis aggregare
Item quia dauid pater
eius primo ibidem regnauit
ut habetur secundo capitulo
et ideo videbatur locꝰ ap
tus et ibi inciperet reg
nū eius Misit aut abso
lon exploratores hic ꝯnr
describitur ipius absolon
conspiracō quia ad diem
determinatam congregauit
fautores suos in hebron
et misit nuncios suos ad
ciuitates principales tri
buū ita ꝙ in qualibet ci
uitate notabili erant plu
res misit ex parte Absolon
quorū vnꝰ habebat tubā
scientes horā in qua cla
maretur in hebron ad so
nitū tube regnabit absa
lon ita ꝙ eadem hora in
omnibꝰ ciuitatibꝰ notabili
bus nuncius Absalon habēs
tubam ibi sonaret et alij
discurrentes ꝑ vicos clama
rent Regnabit Absalon
in hebron diuulgantes et

et ibi erat inunctus in re
gem et ꝙ principales de
ciuibꝰ festinarent illuc
ad faciendū sibi debitam re
uerentiam Ideo postea sub
ditur ꝓplusq; ꝯcurrens
augebatur cum absolon
porro cū absalon ierant
cc viri ad peticōm ipius
absalon et pauciores cū da
uid remanserunt illi de ci
uitate regia viderentur
sibi fauere quia ꝓpter mul
titudinem aliorū absalon
fauencium nō audebant cō
tradicere accersiuit quoq;
absolon achitofel gilonitā
consiliariū dauid de cuius
consilio iste absalon hic
negocium acceperat et a
lij facilius iungentur sibi vi
dentes principalem regis
consiliariū ad herētem si
facta est coniuracō valli
da quia illi qui erat ibi
iurauerunt stare cum Ab
salone ad maiorē conspi
racōnis ꝯfirmacōm Ve
nit igitur nuncius ad dauid
nō tamē ita cito quia ab
solon faciebat custodiri
vias ne hoc factū nuncii
aretur dauid donec haberet
tantam multitudinē et da
uid nō posset resistere
sm suam estimacōnem Et
ait dauid hic ꝯsequenter de
scribitur ipius dauid humi
liacio meritoria quia per
eā deus fuit placatus erga dauid